



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Amor Increati boni.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

Ab altera parte suspicit Amor in altum, ac videt  
 qui largitur seipsum, & omnia, omne bonum  
 & creabile; corporale, ac spirituale; tempo-  
 rum, & æternum: & faciat ut propositum, priori  
 caritatum, quo dixerat, *Nihil volo*. Nunc dicit,  
*non sum parte contentus, volo totum*.  
 Et dicebat Seraphicus, *Deus meus, & omnia: Deus  
 ac totum*. Et ex hoc etiam sequuntur tria illa bona,  
 modo nobis hore. 1. Victoria contra diabolum, qui  
 sedet; *Volo totum*: quod mihi offers, non est  
 2. Pax, quia explet omnia desideria. 3. Sanctitas,  
 quæ consistit in possessione (ot us boni), sine omni malo.  
 Et dicitur in tuo corde: *Temporale & æternum: Nihil  
 volo*. Et Sanctus eris.

CONSIDERATIO

XXXIX.

AMOR DEI.

*Amor increati boni.*

Quid mirabilius, quàm amare, & nescire quid ames?  
 Quid amo, Domine, cum amote? inquit Augusti-  
 nus. Amo forsan pulchritudinem corpoream, si agran-  
 tem, suavitatem, melodiam, unguentem, complexionem  
 boni creati? Non, quia tu non es objectum  
 nostrorum corporalium. Quid igitur amo,  
 quando te amo, Deus meus? Fortasse pulchritudinem,  
 odorem, cibum, vocem, amplexum spirituale?  
 Quia ista, quæ cogitamus, etiam spiritualia, tamen  
 sunt, finita, & finito modo a nobis comprehen-  
 ditur: tu vero es Bonum increatum, infinitum, in-  
 comprehensibile.  
 Ergo id ipsum, Quid amo, quando te amo, Deus  
 meus? Forfitan amo quendam lucem, quendam odorem,  
 quendam cibum, quendam amplexum, sed impercepti-  
 bilium, & insensibilem sensibus, & carnis?  
 H 4 Totum

27  
 21

Totum hoc verum est, sed ad initium reverentiarum meum dubium: Quid est hæc lux, quid est hæc odor, imperceptibilis naturalibus sensibus corporis & animæ?

Ecce solutionem. Interroga creaturas, & respondebunt, *Non sumus nos, quare supra nos.* Totum quod vides, de rebus creatis, hoc Deus non est; supra omnia creata, Bonum infinitum, & increatum. Ergo quando te amo, Deus meus, non amo objectum corporis, non objectum animæ sensitivæ, non odorem & odorem creaturæ: Sed lucem, odorem, fragrantiam dulcedinem, omnia increata: objecta nostri hominis interioris, objecta animæ spiritualis; percipimus propriis viribus, sed Gratia tua, & luminis tui communicati.

## CONSIDERATIO XL.

AMOR DEI,

*Vinculum ardens.*

**A**pparuit aliquando Christus S. Brigitæ, & dicitur dedit Dæmoni, qui etiam aderat, ut inspiceret Sanctæ, & referret fideliter, quantum illa se vidisset. Obedivit ille, dixitque; *Vide vinculum ardens, descendere à te in eam: quod sic cor ejus obligat, ut non aliud cogitet, vel amet, nisi te.* Benedictus tu, Domine mi, qui etiam per inimicum doces veritatem. Vinculum ardens, à te descendens! Vinculum ardens, quod aliunde provenire, & ab alio duci potest, quam à te.

Liga, Domine, cor meum, hoc sacro ligamento non possit de alio loqui, non cogitare de alio, nec de alio amare, quam te. Cape, Domine, meum in vinculum, & nodis insolubilibus alliga cor meum, ut ego ligatus te sequar, dicendo; *sequar te, cumque ierit, IESV, amor dulcissima.*